non esse Nos, atq Sermos Successores nros, praedictum Kornacki,
a praefata Aduocatia, seu Scultetia amoturos, neq cuipiam
amouendi potestatem et facultatem daturos, sed saluum et in
tegrum ius aduitale, ipsi conseruaturos; et post decessum
ex hac vita ipsius, non prius ad nos dispositionemq nram Regiam
supranominata bona redibunt, donec summa in literis
Originalibus expressa, vel ex taxa Commissariorum pro:
ueniens, Successoribus illius, deintegro persoluta fuerit,
Iuribus nris Regalibus Reipub. ac Eccliae Catho:
licae saluis. In cuius rei fidem etc. Dat. Varsauiae
die XXIIIa Mensis Februar. Anno Dni MDCXXIX.
Regnor. Rmorum nrorum Poloniae XLII. Sueciae XXXVo Anno.
Sigismundus Rex. Petrus Zeronski

Summa 600. flor. Polonic. quam certi
fratres Nobili Brunow in eorum hypothe
ca tradiderant Nobili Achersdorff
iure perpetuo confertur

non esse Nos, atque Serenissimos Successores nostros, praedictum Kovnacki,
a praefata Advocatia, seu Scultetia amoturos, neque cuipiam
amovendi potestatem et facultatem daturos, sed saluum et in
tegrum ius aduitale, ipsi conservaturos; et post decessum
ex hac vita ipsius, non prius ad nos dispositionemque nostram Regiam
supranominata bona redibunt, donec summa in literis
Originalibus expressa, vel ex taxa Commissariorum pro
veniens, Successoribus illius, de integro persoluta fuerit.
Juribus nostris Regalibus Reipublicae et Ecclesiae Catho
licae saluis. In cuius rei fidem etc. Dat Varsaviae
die XXIIIa Mensis Februarii Anno Domini MDCXXIX
Regnorum nostrorum Poloniae XLII Sueciae XXXV Anno.
Sigismundus Rex.   Petrus Zeronski

Summa 600. flor. Polonic. quam certi
fratres Nobili Brunow in eorum hypothe
cae tradiderant Nobili Achersdorff
iure perpetuo confertur

Sigismundus III. etc. Significamus etc. Quia nos ex gratia
benignitateque nostra Regia, summam Sexcentorum florenorum
Polonicalium, quam Joannes Lucas et Engelbertus
von Molter Nobili Michaeli Brunow in vim hy-
pothecae tradiderant, certis legitimisque de causis, ad nos disposi-
tionemque nostram devolutam, Nobili Adriano Ackersdorff
Militi nostro, sub signis Generosi Henrici Smolorg Capitanei
Orlen(sis) et Rotmagistri nostri stipendia merenti, iure per-
petuo et irrevocabilis donationis, dandam et conferendam esse
duximus, praesentibusque literis nostris, damus et conferimus, per
eum, Successoresque ipsius legitimos, a memorato Michaele Bru-
now deposcendam, repetendam, iure si opus fuerit vindicandam, et
eliberandam, tenendam, habendam, inque suos ac successorum suorum
beneplacitos usus convertendam. Quod omnibus et singulis
quorum id scire interest, praesertim vero, memorato No-
bili Michaeli Brunow, ad notitiam deducimus, manda-
musque, ut dictam Sexcentorum florenorum Polonicalium
summam, ad requisitionem Donatarij nostri vel ipsius

Sigismundus III. etc. Significamus etc. Quia nos ex gratia benignitateque nostra Regia, summam Sexcentorum florenorum Polonicalium quam Joannes Lucas et Engelbertus von Mollen Nobili Michaeli Brunow in rem hypothecae tradiderant, certis legitimisque de causis, ad nos dispositionemque nostram devolutam. Nobili Adriano Ackersdorff Militi nostro, sub signis Generosi Henrici Smolorg Capitanei Ostern et Postmagistri nostri stipendia merenti, iure perpetuo et irrevocabilis donationis, dandam et conferendam esse duximus, praesentibusque literis nostris, damus et conferimus per eum, Successoresque ipsius legitimos, a memorato Michaele Brunow deposcendam, repetendam, iure si opus fuerit vindicandam, et exbursandam tenendam habendam, inque suos ac Successorum suorum beneplacitos usus convertendam. Quod omnibus et singulis quorum interest scire interest, praesertim vero, memorato Nobili Michaeli Brunow, ad notitiam deducimus, mandamusque, ut dictam Sexcentorum florenorum Polonicalium summam, ad requisitionem Donatarii nostri vel ipsius

Mandatarij eidem sine mora et difficultatibus realiter et
effective extradat. Pro gratia nostra; In cuius rei fi-
dem etc. Datum Varsaviae die XX. Mensis Februarij
Anno Domini MDCXXIX. Regnorum nostrorum ut supra.

Sigismundus Rex — Petrus Zeronski

Bona cuiusdam Lukacz Civis Sprzeczenien. Generoso Barto-lomaeo Stoienski militi conferuntur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia
et immobilia, summasque grasius pecuniarum ubicunque locorum et apud
quascunque personas existentes, morte Fabiani Lukacz Civis Sprze-
czenien. ad nos ac dispositionem nostram Regiam devoluta, Generoso
Bartolomaeo Stoienski, militi nostro veterano, qui in varijs
Expeditionibus bellicis, sub diversis Rotmagistris, utilem nobis
militarem navavit operam, dandum ac conferendum esse duximus, pro-
ut praesentibus literis, damus et conferimus, iure perpetuo et irre-
vocabilis donationis, per eum Successoresque ipsius legitimos tenenda

Mandatarij, eisdem sine mora et difficultatibus realiter et
effective extradat. Pro gratia nostra. In cuius rei fi-
dem etc. Dat. Varsaviae die XX. Mensis Februa.
Anno Dni MDCXXIX. Regnorum ut supra.

Sigismundus Rex — Petrus Zeronski

Bona cuiusdam Lukacz Ciuis Sprzeczenien. Generoso Bartolomaeo Stoienski militi conferuntur.

Sigismundus III. etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia
et immobilia, summasque quasvis pecuniarum ubicunque locorum et apud
quascunque personas existentes, morte Fabiani Lukacz Ciuis Sprze-
czenien., ad nos ac dispositionem nostram Regiam devoluta, Generoso
Bartholomaeo Stoienski, militi nostro veterano, qui in varijs
expeditionibus bellicis, sub diversis Rotmagistris, utilem nobis
militarem navavit operam, danda ac conferenda esse duximus, pro-
ut praesentibus literis, damus et conferimus, iure perpetuo et irre-
vocabilis donationis, per eum successoresque ipsius legitimos tenenda